

Hieron. Butigella in d. l. i. §. si stipulanti, n. 14. in fin. vers. ...

Ibi: Tertium, reum interrogatum explicite.

28 Similiter perjurium admitte, qui rogatus num debeat centum, vel minore quantitate? quam debet non facietur, Guttier. d. num. 2. Angel. in d. §. si stipulanti, in fine, Coman. num. 7. verb. tamen ad tollendam dubitationem, col. 1. Castren. num. 5. vers. Speculator tamen tenuit, col. 2. Jaf. vers. Sed in practica ad evadendum, col. fin. Alciat. n. 52. vers. Ad evitandas igitur, col. penult. Cagnol. in d. l. non potest videri improbus, num. 6. vers. Sed ad evitandum, ff. de regul. jur. ubi salutarem clausulam appellat, quam docuit Angelus supra, admonens Advocatos, ut semper addant in libello, quod si reus credat, se quantitate expressam totam non debere, declaret, quam se debere, agnoscat, & qualiter, ut sic nullo subterfugio se possit juvare, ne fateatur debitum, quod probat Pacian. cum aliis, num. 16.

Ibi: Quarto ipse infero.

An perperam faciat, qui negat simpliciter positionem debens aliquid, quia plus petitur? dictum est proxime, num. 16. ubi DD. referuntur.

Ibi: Ultimo obiter adnotabo.

Quando minor summa sub majori contineatur, explicatur infra hoc libr. cap. 20. num. 90.

Vers. Separatim tamen expendere libet decisionem.

29 De interpretatione cap. 1. de arbit. in 6. & l. diem pro ferre, §. si plures, ff. de recept. arbitr. videndi sunt Cujac. observat. lib. 12. cap. 26. num. 7. Felin. in cap. cum inter n. 19. de re jud. Alciat. lib. 9. parerg. capit. 14. Franchis decis. 356. a num. 1. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 3. §. 32. glof. 3. Valasc. de partitionib. c. 9. ex num. 12. Ant. Fab. in rational. ad d. §. si plures, Gratian. disceptat. cap. 167. n. 6. Deci. in l. in eo, quod plus, n. 9. ff. de reg. jur. Butigella in d. §. si stipulanti, n. 5. Ferrar. num. 6. Fulgos. in d. §. si plures. Quæ decisiones Pontificis, & Consulti, ea ratione communiter defenduntur, quod cum arbitria adinstar judiciorum inventa sint, l. 1. ff. de arbit. Donell. libr. 28. commentar. cap. 14. in fin. Arbitræque Judicium vices gerant, Cyriac. controvers. tom. 3. controv. 47. num. 18. Sicut valet sententia Judicium discordantium, quæ reo favet, cap. fin. de re judic. l. inter pares 38. ff. eod. ubi expressim de diversitate quoad quantitatem condemnationis agitur: Sic idem placuit in Arbitris, ut, ubi paria sunt eorum suffragia, illa sententia prævaleat, quæ magis favet reo, dum in minori quantitate condemnat, in quem cæteri Arbitri saltem materialiter consenserunt, cum in majori summa condemnant, ut consultus inquit. Quod et si difficile videatur, jus tamen id admisit, cui maximum extinguendarum licitum est studium, cap. finem litibus 5. de dol. & cont. l. properandum 12. C. de judic. ob crimina aliâque detrimenta, quæ ex eis oriri solent; Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. glof. 7. a num. 20. Rebuff. in proem. Concordator. verbo, sumptibus, pag. 511. & in l. litis nomen, ff. de verbor. signif. Cotta in memorabil. verbo, lites, pag. 551. Gregor. Lop. in l. 26. tit. 4. par. 3. Atque ita ipsas finire publice interest, Flamin. de resignat. benef. lib. 3. g. 5. n. 12. 13. Quod maxime movere potuit, ut contra strictam juris rationem pro valore sententia in ambiguo responderetur.

30 Quando minor summa sub majori contineatur, explicatur infra hoc libr. cap. 20. num. 90.

31 Nimis restringitur decisio d. l. inter pares, quæ indistinctè loquitur, si eam non admittamus sequuti D. Covar. ubi impar est numerus Judicum; cum eadem ratio militet, si par, si impar sit numerus judicantium; nam & si tolli possit ambiguitas, si major pars eorum uni sententiæ subscribat, frequenter tamen contingit, ut data imparitate Judicum, eadem perplexitas reperitur, ut in d. §. si plures, evenit in Arbitris. Præterea ponamus, quinque Judices ordinarios de causa cognoscere, quorum unus in decem, duo in viginti, & reliqui duo in triginta reum damnaverunt, quo casu recurendum necessario est ad d. l. inter pares, decisionem admittendo sententiam eorum, qui ad viginti teneri reum judicarunt, ut ipsi favorabiliorem, nam unius Judicis sententia non prævalet, licet minor sit, cum non est par numerus suffragiorum, si quidem duo aliter causam definierunt: ex quibus constat non desiderari, ut d. legi locus sit, parem esse numerum Judicum constitutorum, ut quatuor, vel sex, sicut D. Covar. do-

32 4. par. 3. Atque ita ipsas finire publice interest, Flamin. de resignat. benef. lib. 3. g. 5. n. 12. 13. Quod maxime movere potuit, ut contra strictam juris rationem pro valore sententia in ambiguo responderetur.

33 Ad textum autem, in l. si ita stipulatus fuero 120. ff. de verbor. obligat. responderetur, ibi promissam fuisse pecuniam, non ut quantitate, sed ut corpus; aderat enim sacculus, vel acervus aureorum, quem stipulatus est quidam sub conditione: si centum in eo essent; quare si tot in eo non sint, conditione deficiente, nihil debetur, quo casu, et si contrahentes in majorem summam consenserint, in

minore noluerunt obligationem contrahi, & ita deciditur; nam contractus ex conventionione partium legem accipere dignoscuntur, l. contractus 24. ff. de reg. jur. Et licet Consultus asserat, obligationem non esse conditionalem; illud referendum est ad veram conditionem, per quam dispositio in futurum confertur, quod ibi non contingit; nam statim stipulatio valeret, si centum aureorum esset; aut irritaretur si eam quantitatem acervus non contineret, prout ibi evenit; conditio autem quæ ad præteritum, vel præsens refertur, non est propriè talis, l. cum ad præsens 37. cum duab. seqq. ff. si cert. petat, l. institutio talis 10. ff. de condit. institut. Glof. in l. conditionum 90. verbo, in futurum, ff. de condit. & demonstr. Unde licet oratio illa: si centum aureorum est, debeat verificari ut subsistat contractus, tamen stipulatio propriè conditionalis non est, quia nunquam per rerum naturam in suspenso fuit, et si contrahentes eventum non cognoverint, antequam aurei numerarentur.

Ibi: Ex quo plura deducuntur.

Constituti ad æstimandam rem aliquam, nisi in pretio conveniant, nihil agunt, nec est locus decisioni d. §. si plures, cum hi Judicibus similes non sint. Idem in testibus deponentibus de valore cujusque rei est dicendum, quia standum non est dicto eorum, qui minus valere testantur, Ant. Fab. in ration. ad d. §. si plures, de quo Hermod. in l. 56. glof. 6. a num. 158. tit. 5. par. 5. Parladori. quotidian. quæst. 99. ex num. 1. Gratian. Marchia decis. 32. a num. 15. Garcia de expensis, cap. 24. ex num. 7.

Ibi: Secundo eadem ratione.

37 Similiter non obtinet præfata decisio in Arbitratoribus, quia arbitramentum potius naturam contractus, quam judicii sapit. Et Arbitratores ut negotiorum gestores habentur, quorum definitio dicitur transactio, & mandatum, non sententia: optimè Cyriac. d. controvers. 47. 1. a n. 8. Rebuff. ad leg. Gallia, tom. 3. tit. de arbit. art. 1. glof. 3. Gail. observat. lib. 1. observ. 150. num. 4. Hinc fit, ut quemadmodum contrahendum nihil agitur, si in quantitate dissensus interveniat, l. si decem 55. ff. Locat. §. præterea, Inst. de inutilib. stipulat. ita nullius erit momenti arbitramentum, si in summa Arbitratores discordent.

Vers. Tertio, quamvis duobus.

38 Hæc quantitas octuaginta mille quadrantium ampliatâ fuit usque ad centum mille, per l. 26. tit. 5. lib. 2. Recopilat. Postea verò Philippus Secundus ipsam extendit ad centum quinquaginta mille anno 1562. Quæ constitutio extat inter ordinationes Granatensis Cancellariæ, sub tit. 3. lib. 2. fol. 168. ut notatum est in margine d. l. 26. per Compilatorem. Ultra quam summam tria esse debere supremorum judicum suffragia conformia, ut sententia sit; stabiliter l. 43. eod. tit.

Ibi: Quod si impar sit plurium Ordinariorum.

39 Nimis restringitur decisio d. l. inter pares, quæ indistinctè loquitur, si eam non admittamus sequuti D. Covar. ubi impar est numerus Judicum; cum eadem ratio militet, si par, si impar sit numerus judicantium; nam & si tolli possit ambiguitas, si major pars eorum uni sententiæ subscribat, frequenter tamen contingit, ut data imparitate Judicum, eadem perplexitas reperitur, ut in d. §. si plures, evenit in Arbitris. Præterea ponamus, quinque Judices ordinarios de causa cognoscere, quorum unus in decem, duo in viginti, & reliqui duo in triginta reum damnaverunt, quo casu recurendum necessario est ad d. l. inter pares, decisionem admittendo sententiam eorum, qui ad viginti teneri reum judicarunt, ut ipsi favorabiliorem, nam unius Judicis sententia non prævalet, licet minor sit, cum non est par numerus suffragiorum, si quidem duo aliter causam definierunt: ex quibus constat non desiderari, ut d. legi locus sit, parem esse numerum Judicum constitutorum, ut quatuor, vel sex, sicut D. Covar. do-

cer, sed suffragiorum; ita ut tot habeat pro se sententia reo favorabilis, quot contraria; & cum eadem militet ratio, ubi est impar numerus Judicum, ac cum par reperitur, sicut demonstratam est; idem jus observari debet, l. illud 32. cum vulgatis, ff. ad leg. Aquil.

Vers. Quarto fortiori ratione.

41 Quod decisio d. §. si plures, sit observanda, etiam cum in majori summa condemnantes expriment, se nolle alterius sententiæ consentire; cum Glossa in d. c. 1. de arbit. in 6. tenet Aug. Barbof. in collect. ibi, num. 4. & ultra rationes, quibus ille nititur, considerari oportet, nemini dubium esse, quin Arbitrator qui in majori summa condemnat, ut putâ in decem, vel quindecim, minime consentiat condemnanti in quinque, imo cum iniquè judicasse existimat; cum non compatiatur, ut qui judicat, Titium debere decem, sentiat, quinque præstando, satisfacere. Unde cum manifestè ex facto ipso colligatur, hunc Arbitrorum dissensum tacitè inesse, & jus nihilominus sententiam valere statuat, in d. §. si plures, idem juris erit, si dissensus ille fuerit expressus. Nam expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur, l. 3. C. de fidejussorib. l. hæc verba 3. ff. de leg. 1. l. in conditionibus 19. §. 1. l. aliquando 107. ff. de condit. & demonstrat. Mantic. de consuet. ultimar. voluntat. lib. 1. tit. 6. num. 5. Ponte de potest. Prærog. tit. 8. §. 3. num. 14. Gratian. disceptat. cap. 523. a princip. Præterea sententia minoris summe non sustinetur in illo textu, ex eo quod in majori condemnantes illi consentire videantur, quod omnino falsum est; sed quoniam senserunt quinque debere, saltem implicite, quatenus sub majori summa minor continetur; quod per protestationem dissensus factam per Arbitrum tolli non potest.

Ad Num. 7.

Vers. In primo igitur casu.

42 Redire tenetur ad carcerem, qui juramento promissum se revertendum, licet injustam mortem timeat, nisi relaxationem impetraverit juramenti, Pat. Suar. d. tom. 2. de relig. tract. de jurament. lib. 2. cap. 10. Lef. de just. & jur. tom. 2. cap. 41. dub. 6. Lug. eod. tract. tom. 2. disp. 40. sect. 4. num. 49. Becan. eod. tract. in q. 89. D. Thomæ, quæst. 5. num. 2. in fine, Silas de legib. disp. 15. sect. 7. numer. 95. Bonacina tom. 2. disp. 4. q. 1. punct. 9. num. 2. vers. Secundo sequitur, Mercado lib. 6. de contractib. cap. 16. §. esto es; Sor. de just. & jur. lib. 8. q. 1. art. 7. ad 3. col. 10. Armilla verbo, Juramentum; num. 13. & alii, quos refert ac sequitur Sanch. consil. moral. lib. 6. cap. dub. 16. num. 4. & latissime in Decalog. lib. 3. cap. 11. a num. 27. qui hanc probabilior sententiam dicit, fatens contrariam probabillem.

43 Horum potissimum fundamentum est, quod juramentum hoc obligat, cum sit de re licita, cap. si verò 8. de jurejur. Homo enim licite potest justis de causis propriam vitam mortis periculo exponere, veluti ob bonum commune, vel aliquam virtutem; ut communiter DD. docent, ac exemplis illustrent, Diana p. 5. tract. 4. resolut. 31. Sor. lib. 5. q. 1. art. 6. Filiuci, tom. 2. tract. 29. cap. 1. num. 27. Remigi. d. tract. 2. cap. 5. §. 3. num. 2. Justa autem causa in casu nostro est, Religionem servare juramenti, quo Decum quasi in fideiussorem promissor addoxit, quem jurans, quatenus in se est, curare debet, ne fallacem reddat; ita Lugo ubi proxime, Sanch. & alii.

44 Ad hæc, qui jurat captus de redeundo, ut laxetur à carcere, non sua sponte se periculo subjicit, sed ad idem, in quo prius erat, Religionis nexu restrictus revertitur. Tandem si tale juramentum absque peccato servari nequiret, ut D. Covar. & sequaces volunt, peccaret utique jurans se ad carcerem rediturum. Nam aut animum habet revertendi & rem illicitam sub juramento promittit, quod nefas est; Dian. p. 4. tract. 4. resolut. 160. Tanner. 2. 2. disp. 5. q. 5. dub. 1. n. 13. 14. & omnes communiter. Aut jurat sine intentione redeundi; & peccabit etiam, cum nulla ex causa mentiri liceat, Remigi. d. tract. 2. cap. 2. §. 6. n. 2. Sor. lib. 8. q. 2. artic. 2. in solut. ad 3. Dian. p. 9. tract. 8. resolut. 56.

45 Ex quibus, hæc probabilior sententia videtur; quam ex Faria ad Covarruviam.

aliis limitat Bonac. ubi proxime, quando jurans usus est abstractione, vel si post præstitum juramentum cognoverit, gravius sibi imminere periculum in reditu ad carcerem quam ipse tempore, quo juravit, existimabat.

Ibi: Contrariam tamen sententiam.

46 Sed quod reus absque perjuri labe possit ad carcerem non redire, etiam nulla relaxatione obtenta, cum D. Covarr. sentiant Pat. Vasq. 1. 2. disp. 174. cap. 5. n. 35. Reginald. & Navarr. apud Bonacina ubi supr. Dacnas reg. 393. limit. 4. Guttier. de jurament. confirm. p. 1. cap. 5. n. 25. Menoch. conf. 82. num. 125. Tabienâ in summ. verb. Carcer. n. 2. Sylvest. verb. Accusatio, qu. ultim. Jul. Clar. in praxi crim. §. fin. quæst. 2. 1. n. 27. Joan. Valer. de different. int. utrumque for. verb. Defensio, different. 8. Angel. in summ. verb. Carcer. num. 4. Major. 4. dist. 15. q. 22. Sylv. nopt. lib. 3. num. 44. vol. 4. fol. 39. Quæ opinio æqua quidem est, ac favorabilis, ut quis absque animæ periculo propriam vitam ab injuria tueatur; Illud Sanch. licet contraria accedat sententiæ, ut omnino compertum habet, quod secluso juramento captus non teneretur redire ad carcerem, quamvis id promiserit, nam promissio debet esse libera, d. dub. 16. num. 2.

Ad Num. 8.

47 Licitum est, ob evitandum tormentorum cruciatum, crimen, quod torquendus non patravit, sibi falsò imponere, et si ex eo mors consentientis sublequatur; nam non tenetur vitam propriam servare cum tanto dolore, ac noveroimento: quod est intelligendum mediante abstractione, alioqui mendacium, aut perjuri committere fas non erit; imò potius omnia mala sunt sustinenda: cap. sacris 5. de iis, quæ vitia docent Navarra lib. 2. cap. 4. num. 21. Dian. p. 3. tract. 5. resolut. 7. Joan. Sanch. selectar. disp. 46. n. 16. Lef. d. lib. 2. c. 11. dub. 7. num. 41. Remigi. d. tract. 2. cap. 4. §. 19. num. 1. Pellizzari. in manual. tom. 2. tract. 9. cap. 4. n. 120. qui limitat cum Rodrig. tom. 2. q. 10. tit. 10. in Religioso gravi, optimæque æstimationis. nam cederet in dedecus totius Religionis ea falsa confessio, & ideo vix à peccato mortali poterit excusari, ut inquit Rodriguez. Illud cum Remigio notandum est, non requiri, ut quis sibi crimen falsò imponat, quod experitur tormentorum acerbitatem; sed sat esse, quod moraliter certus sit, ut torturæ sit subjiciendus; atque ita consult, ut prius quam fateatur, à suo Advocato quærat, an secundum acta torquendus sit, nec ne?

48 Ex quibus infertur resolutio ad secundum casum, nempe cum quis convictus de hæresi, ne ut negativus occidatur, falsò id crimen se admisisse fateatur, ut ad poenitentiam recipiatur; nam hoc utique permillum est; si enim potest quis ad evitandum torturæ dolorem, dare causam mortis suæ agnoscendo scelus, quod non perpetravit, à fortiori idem concedendum erit, ut vitam servet. Nec de fama consentientis curandum est, quam contempere quilibet potest, cum suo dominio, ac dispositione nostra, sicut cætera bona, eam habeamus, nisi aliis fuerit necessaria; Pellizzari. supr. tom. 1. tract. 6. cap. 7. n. 16. Cyriac. tom. 1. controv. 101. num. 48. & est communis. Imò licet verum censeatur cum D. Thoma quodlibet. 10. q. 6. art. 13. Menoch. conf. 94. num. 2. peccatum esse, famam propriam prodigere, de quo videndus Bonacina tom. 2. tract. de contractibus, disp. 2. quæst. 4. punct. 10. Hoc casu nihilominus excusaretur à peccato, qui falsò hæresim fateretur; quoniam si non obligatur quis pati tormenta propter vitam, multo minus tenebitur mortem sustinere propter famam, quandoquidem mors omnium terribilium ultimum sit, ex Philosoph. 3. Ethicor. cap. de fortitud. notat Bald. in rubric. C. si quis alit. testar. prohibuerit, col. 6. & vita regulariter æstimabilior est famâ: argumento l. si adulterium cum incestu 38. §. libertio in fine, ibi: Nam cuius fama, multo magis ejus vita parcendum est ff. ad leg. Jul. de adulter. Atque ita communiter docent Theologi, licere crimen sibi falsò imponere, ut mortem quis evadat; videatur Bonacina ubi proxime, num. 8. vers. Respondeo. Modo perjuriæ abdit, ac mendacium.

B 2 Vers.

Verf. Caterum ut ad propositam. Authores, qui hanc sententiam probant, infra laudantur in verf. Decimo ut ad propriam, num. 70. ubi eam D. C. amplectitur.

56 Differentiam hanc, inter actus directè, vel indirectè tendentes ad mortem, admittunt communiter omnes; videantur Filliuci, tom. 2. tract. 29. cap. 1. num. 72. Diana part. 5. tract. 4. resol. 30. Remigi. dict. tract. 2. cap. 5. §. 3. num. 2. Sanch. dict. lib. 6. cap. 4. dub. 13. num. 2. 4. & dub. 14. numer. 4. 5. Thom. Del-bene de immuni. Eccles. tom. 2. cap. 19. seg. 3. num. 15. Sic iudex neminem damnare potest, ut se ipsum occidat, D. Thom. 2. 2. quest. 69. art. 4. Dian. supr. resol. 39. ubi docet, non licere reo, venenum à ministris iustitiæ propinatum haurire; quia hæc actio tendit directè ad mortem; Comitoli. lib. 4. quest. 10. num. 6. permittere tamen potest, ut sibi applicetur merè passivè se habendo; Imò Sylve. 2. 2. quest. 69. art. 4. relatus Dian. ubi proximè, opinatur, illicitum esse os, ut venenum infundatur, aperire, aut illud in stomachum ultro trahere; similiter non potest facie alligatus se ex scala præcipitem dare, Dian. resol. 40.

Ad Num. 9.

Idem de Christo Domino dicendum est, qui ob redemptionem humani generis injustissimam mortem non reculavit, Sanch. d. dub. 13. in fine.

Verf. Secundo inferitur.

58 Seclusa divina revelatione, nulla ex causa potest homo se ipsum interficere, aut ad mortem propriam directè cooperari; Dian. d. tract. 4. resol. 30. Remigi. d. cap. 5. §. 3. num. 1. Del-bene supr. num. 16. 17. Plaza in epitom. delictor. lib. 1. cap. 23. num. 5. Franc. Marc. decif. 77. num. 3. part. 2. Baiard, in addit. ad Jul. Clar. §. fin. quest. 68. num. 114. Caietan. 2. 2. quest. 69. artic. 4. ad 7. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 1. num. 48. Sayr. libr. 11. cap. 3. à num. 29. Farinac. in prax. crimin. p. 5. q. 28. num. 33. Factum verò Sampsonis, de quo Jud. cap. 16. excusatur, quia divinum præceptum exequutum fuisse sentiunt communiter Scribentes, cap. gaudemus, §. nec ulli, de divorce. D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4. Sor. de iust. & iur. lib. 2. q. 3. art. 8. Ludovic. Lop. in instruct. conscient. p. 1. cap. 65. in fine, Navarr. de restit. lib. 2. cap. 3. n. 31. Sayr. lib. 7. cap. 9. num. 9. Plaza supr. n. 2. Lessi. d. lib. 2. cap. 9. num. 33. Gomez de Ameleua de potest. in se ipsum, lib. 1. cap. 8. num. 28. D. Joan. de Solorz. de iur. indiar. lib. 2. cap. 3. n. 13.

60 Ignorantia etiam invincibili excusatur Lucretia, & Ethnici alii, qui se propriis manibus necaverunt putantes, se actum licitum, & laude dignum exercere; nam homicidium sui ipsius non est contra prima principia luminis nature nota, sed contra principia secundaria deducta ex primis, quæ aliquando possunt invincibiliter ignorari; Sor. sup. libr. 5. q. 1. art. 5. Dian. dict. resol. 30.

61 Fuit tamen heresis Circulatorum, vel Circuncellionum, qui defenderunt, esse opus valde meritorium, & speciem martyrii, se ipsos interficere propter Deum, atque ita diversimodè sibi mortem consciscabant, quorum errorem memorat, & confutat D. August. de heresib. ad Quod vult Deus, bergf. 69. & lib. 1. de civit. Dei à cap. 17. ad 28. ita Lugo de iust. & iur. d. disp. 10. sect. 1. in princip.

Verf. Tertio ex hoc apparet.

62 Difficilis est textus in cap. non est nostrum 11. 23. q. 5. in illis verbis: Absque eo ubi castitas periclitatur. Secundum quæ videtur D. Hieronymus sensisse, licitum esse observandam castitatem, cum periculum imminet stupri, propriam mortem arripere: quod verum non est; quare variè locus iste interpretatur, nam Gloss. ibi, & Turrecremata eam clausulam intelligunt inclusive, ita ut sensus sit, nec propter castitatis observantiam, se ipsum occidere quemquam posse; sicut accipitur illud Cantico. cap. 4.

ibi: Absque eo quod intrinsecus latet. Cui interpretationi adscriptulantur multi laudati à Paciano de probat. lib. 1. cap. 15. num. 9. Alii cum Molin. de iust. & iur. disp. 9. num. 5. putant, sic loquutum fuisse D. Hieronymum in gratiam quarundam sceminarum, quæ, ob non amittendam pudicitiam, sibi mortem intulerunt; nam vel Divina inspiratione, vel ignorantia invincibili à culpa excusantur; & ne eas damnare videretur, casum illum excepit. Lessius verò, lib. 2. c. 4. dub. 6. n. 23. existimat, D. Hieronymum in ea sententia fuisse, quod veritati contrariæ officere non potest.

Ad Num. 10.

Præmittendum est, cuilibet licere, nisi specialiter sit prohibitum, ut ministris iustitiæ; ministrare cibum etiam iustè damnato ut fame moriatur; nullus tamen ad id tenetur, Sanch. d. cap. 4. dub. 14. n. 1. D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 2. ad 3. Sor. supr. libr. 5. q. 6. art. 1. verf. In eadem solutione, Dried. de libert. Christian. lib. 1. fol. 227. Deinde tali damnato licitum esse oblatos cibos sumere, D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 4. ad 2. Sor. ubi proximè, Castr. lib. 2. de leg. pænal. c. 3. corol. 3. D. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 19. §. 6. Thom. Del-bene d. dubit. 23. sect. 3. num. 18. Henrig. quodlibet. 9. q. 26. Sanch. d. dub. 14. n. 2.

63 Dubium autem in eo versatur, an iustè damnatus possit respere cibos, contra Iudicis voluntatem sibi oblatos; Negant cum D. Covar. Guttier. canonicar. lib. 2. cap. 24. n. 3. Navarr. in cap. statumus, num. 36. 19. q. 3. Dried. ubi supr. Castr. d. cap. 1. corol. 3. Victor. in relect. de homicid. n. 28. Faber. in 4. dist. 15. q. 3. disp. 52. cap. 21. num. 46. & alii, Receptius tamen est, posse reum amore iustitiæ à cibis abstinere, Sanch. n. 5. Pellizz. tom. 1. tract. 4. cap. 5. num. 81. Lessi. d. lib. 2. cap. 9. dub. 6. n. 29. Dian. d. tract. 4. resol. 41. Bonacín. tom. 2. tract. de restit. disp. 2. q. ult. sect. 1. punct. 5. n. 5. Del-bene ubi proximè, n. 19. Tolet. lib. 5. cap. 6. Malder. 2. 2. cap. 1. dub. 19. Navarr. ubi proximè, lib. 2. cap. 3. num. 72. Sayr. lib. 7. cap. 9. num. 26. Quos plurimi sequuntur. Ratio, cui nituntur, est, quia iste non facit actum directè tendentem in mortem, sed solum patitur, ab innato calore se absumi, quod amore iustitiæ permissum est; sicut se Iudici tradere delinquens potest; ut pro crimine occidatur; Joan. Sanch. supr. disp. 46. numer. 13. Diana part. 3. tract. 5. resol. 7. At Lugo d. disp. 10. sect. 1. num. 28; 30. Distinguit ita. Aut damnatus cibos edendo sperat, pœnam mortis evadere; veluti venia impetrata; & lethaliter peccabit, si alimentum respuat. Aut ex sumptione cibi, solum per breve aliquod spatium terminum mortis protelat; & sine peccato cibos non admittet; nam licet sub mortali vitam propriam quilibet servare teneatur, non tamen ita astringitur ad eam protrahendam, quando alius vult, & potest ut Iudex, eum illico, aut paulò post perimere. Quæ distinctio eam difficultatem habet, quod si respuendo cibos hoc casu se ipsum reus occidere videtur, ac si ferro, aut veneno in sui necem uteretur, ut ipse Lugo docet, quemadmodum illicitum est damnato ita se occidere, etsi certò sciat, si respuat; statim ab alio se interficiendum, sic & cibos non edere peccatum erit grave, licet solum per momentum interitus edendo differatur. De abbreviatione vitæ, Diana d. tract. 4. res. 33. Sanch. lib. 5. cap. 1. dub. 33.

Verf. Quinto probatur.

66 Damnatus ad mortem iustè, vel iniustè, absque peccato vadit ad locum supplicii, scalam ascendit, collum præbet carnifici, & similia facit; hi enim actus directè ad mortem non tendunt; Victoris in relect. de homicid. num. 30. Sanch. d. cap. 4. dub. 15. in fin. Remig. supr. cap. 5. §. 3. n. 2. Dian. d. tract. 4. resol. 40. Del-bene d. sect. 3. num. 15. & est omnium concurs sententia.

Verf. Sexto eadem ratione.

67 Iustè damnatus ad mortem, data opportunitate ad fugam, tutà conscientia, amore iustitiæ in carcere permanet, Del-bene sect. 4. n. 7. Lessi. d. lib. 2. cap. 9. dub. 6. n. 28. Navarr. d. c. 3. n. 75. Tabien. verbo, Accusatio, num. 10. Simanc. de Catholic.

apostata incurrit: Portell. de dub. regul. verbo, Carcer.

Ibi: Ex hoc tamen non arbitror.

73 Servi etiam bello iusto capti licitè possunt fugere ad suos, vel in aliam provinciam, in qua publico nomine tuti sint, ac libertate potantur; Lessi. d. lib. 2. cap. 5. dub. 5. Lugo supr. tom. 1. disp. 6. sect. 3. Pat. Valq. 1. 2. tom. 2. disp. 174. cap. 1. num. 8. Valer. de different. inter utrumque for. verbo, Peccatum, different. 5. August. Barb. cum multis in collectan. ad cap. jus gentium; num. 10. 1. distinct. Sanch. supr. lib. 1. cap. 1. dub. 7. num. 3. Fagund. de iust. & iur. lib. 2. cap. 2. num. 11. Diana part. 7. tract. 7. resol. 10. ubi docet, idem dicendum de prole ex eis apud dominos edita; Menchaca controverf. usquefrequent. lib. 1. cap. 10. num. 52. & alii apud Sanch. dub. 6. n. 5. & num. 4. contrarium sentientes recenset. Quæ sententia limitatur, cum servus promiserit se non fugitutum, Sanch. cum aliis; num. 6. Diana d. resol. 10. Illi verò servi, si commortentur fugitivi, ubi à domino capi jure possunt, quia adhuc in servitute permanent, cum sui ipsorum furtum faciant, lethaliter peccant, ut præfati DD. præmittunt; Sanch. d. dub. 7. num. 1. Navarr. cap. 1. num. 200. 201. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 1. cap. 34. q. 3. Azeved. in rubric. tit. 1. num. 16. lib. 2. Recopilat. Navarr. in manual. capit. 17. num. 103. Molin. de iust. & iur. tract. 1. disput. 37.

Ad Num. 11.

74 Fugiens è carcere non peccat, licet ex fuga, Communitariensis detrimentum patiat, nec ei damnum tenetur resarcire, cujus negligentia id imputandum est; facit l. quod quisque ex culpa 204. ff. de reg. iur. Lugo d. disp. 40. sect. 4. num. 46. Becan. de iust. & iur. in q. 69. D. Thom. d. q. 4. Dian. p. 3. tract. 5. resol. 102. verf. Notandum secundo, & verf. Notandum quarto, & part. 9. tract. 9. resol. 43. Sor. d. lib. 5. q. 6. art. 4. verf. An verò, Sanch. d. cap. 4. dub. 7. num. 4. Guttier. d. cap. 24. num. 7. Del-bene d. sect. 4. n. 10. Menoch. d. cas. 301. num. 15. Quod verum est, sive iustè, sive iniustè in vinculis detineatur. Erit tamen hæc resolutio limitanda, ubi fugiens leve damnum pateret; manendo in carcere, & Custodi maximum ob fugam immueret; ut notavimus, cum Lessio, & Remigio supr. num. 71. in fin. nam contra charitatem graviter peccabit.

Ibi: Nec ex ea fuga esse præsumendum.

75 Qui inveniens ostium carceris apertum evasit, fateri delictum non censetur, pro quo captus est, Martil. in prax. crimin. §. artingam, num. 37. 45. ubi plures allegat; Menoch. d. libr. 2. cas. 301. num. 2. qui notant, aliqualem suspensionem ex ea fuga in evasorem oriri, pœnæque arbitraria punitur, Menoch. ibidem Boer. decif. 215. num. 13. 15. 21. Ant. Gom. variar. libr. 3. cap. 9. num. 11. Guttier. supr. num. 6. Mascard. de probat. tom. 2. concl. 820. num. 5. Corn. conf. 105. Felin. in cap. nullus, num. 4. de presumpt. Socin. in tract. fallent. rég. 162. fallent. ultim. Licet qui fractis carceribus fugit pro confesso habeatur, pœnamque ordinariam delicti sustineat, Menoch. num. 5. ubi cum multis probat, etiam ultimo supplicio afficiendum propter effractionem, Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 2. à num. 7. Jul. Clar. in prax. §. fin. q. 21. verf. Tertio autem, Mascard. concl. 266. tom. 1. Aliquando qui carcerem evadit impunitus relinquatur omnino, seclusa fractione, ut si non multa mora interveniente, ultro revertatur, quia nec fugisse videtur, argumento l. 3. ff. de divorce. Bald. in l. 1. C. de serv. fugitiv. & alii, quos refert, & sequitur Parladot. different. 51. §. 1. num. 2. & communem opinionem esse, testis est Jul. Clar. d. quest. 21. num. 28. Aut si notoriè iniustè captus similiter sine violentia fugerit, Menoch. num. 14. Paris de Puteo in tract. de syndicat. §. carcerem, Ripa in l. admonendi, num. 171. ff. de iurejur. Etsi hi ita doceant etiam in fraugente carcerem.

Prædicta differentia inter fugientem sine fractione carceris, aut cum illa, solum in foro externo procedit; nam in animæ iudicio, cum licitum est fugere, eodem modo, absque peccato fores, ac vincula ad fugam captus rumpere potest.

Catholic. Institut. lib. 1. tit. 18. num. 30. Sor. d. lib. 5. quest. 6. art. 4. verf. In eadem solutione, Sanch. d. cap. 4. dub. 13. num. 2. ubi alii. Remig. qui communem dicit, d. tract. 2. cap. 4. §. ult. num. 6. Quamvis contrarium teneatur Victoria supr. num. 29.

Verf. Septimò, his animadversis.

68 Sequitur Sanch. ubi proximè, n. 4. Sed limitat, quando ob aliquem finem iustum renuit fugere mortem innocens, ut Martyres sæpè fecerunt; actus enim permanendi in vinculis directè non tendit in mortem, atque ita ex iusta causa potest fieri licitè, etsi mors ex eo iniusta sequatur.

Verf. Nonò subinde aperitur.

69 Adde Lugo d. disp. 10. à num. 50. ubi de milite exponente se periculo, in quo se periturum certò scit, Remig. d. capit. 10. §. 3. num. 2. Dian. eod. tract. 4. resol. 26. Sylvi. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4. qui agunt de comburente navim; ne ad hostem perveniat, in qua & ipse est periturus.

Verf. Decimò, ut ad propriam.

70 Iustè captus, & ad mortem damnatus, si præstito iuramento de redeundo laxetur, vel sola fide data revertendi obligationem contrahit; & nisi redeat, peccati lethalis reus erit; Lugo tom. 2. disp. 40. sect. 4. num. 48. Angel. in summ. verbo, Carcer; num. 4. Armilla verbo, Accusatio, num. 20. & verbo, Juramentum, num. 13. Tabiena verbo, Accusatio, num. 10. & verbo, Carcer, num. 2. Lud. Lopez supr. lib. 1. cap. 42. Sanch. d. cap. 4. dub. 16. num. 1. & alii communiter pro qua sententia sunt etiam omnes laudati supra, sentientes iuramentum de reditu ad carcerem, obligatè etiam iniustè detentum, mortemque iniustam timeant; nam à fortiori hoc ipsum in damnato, vel carcerato iustè defendunt.

Verf. In secunda propositæ questionis.

71 In vinculis publicis detentus, sive iustè, sive iniustè fugere tutà conscientia potest. Est omnium ferè communis resolutio; Guttier. d. cap. 24. à num. 4. Del-bene supr. num. 1. 2. Ceval. q. 675. tom. 1. Lessi. d. lib. 2. cap. 31. dubit. 5. Lara in l. si quis à libertis, §. sed utrum, n. 24. ff. de agnoscend. liber. Dian. p. 3. tract. 5. resol. 102. verf. Notandum secundo; Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 301. num. 15. Remig. d. cap. 4. §. 20. per totum, Padilla in l. transigere, num. 4. C. de transfact. Pellizzari supr. tom. 1. tract. 5. cap. 7. num. 29. Did. Perez in l. 1. tit. 4. libr. 3. ordin. pag. 545. Aragon. 2. 2. quest. 69. art. 4. controverf. 2. conclus. 1. Jul. Clar. receptur. lib. 5. §. fin. quest. 21. num. 2. Sanch. pluribus laudatis d. cap. 4. dub. 7. num. 2. ubi contrarium improbabile dicit: & num. 5. addit, procedere; etiam si Iudex expressè præcipiat reo, ne custodiam evadat. Imò & qui pœnam duntaxat pecuniariam sustulerunt, vel pro debitis civilibus carceratur, fugere sine peccato potest, modo per hoc suos creditores fraudare non intendat, cum solvere possit, Sanch. dub. 8. in fin. Lugo d. disp. 10. num. 42. Remig. ubi proximè, num. 1. qui num. 2. rectè admonet, captum graviter peccare fugiendo, si ex detentione in vinculis parum incommodi pariat, & ex fuga custodi, vel aliis maximum detrimentum sit eventurum; quod prædixerat Lessi. d. dub. 5. num. 31.

72 Præfata generalis doctrina limitatur in Religioso, qui à suo Prælato in carcere iustè detinetur, nam fugere non poterit propter obedientiæ vinculum; Sanch. d. cap. 4. dub. 11. Caietan. 2. 2. q. 96. art. 4. ad 2. dubit. ultim. Del-bene d. dubit. 2. 2. sect. 4. num. 4. Remig. d. §. 10. num. 3. Salged. ad Bern. Diaz in prax. crimin. cap. 147. lit. B. Navarr. in d. capit. statumus, num. 63. Tamen, si vel carcer sit acerbus, & alienus à charitate Christiana, vel carceratus timeat mortis, mutilationis, aut atrocis cruciatus pœnam, fugere licitè poterit; nam etsi per professionem privetur libertate naturali ad fugiendum, non ideo jus amisit ad vitam, corpusque tuendum; Sanch. Navarr. Remig. Salzed. ubi proximè, Pellizzar. tom. 2. tract. 9. capit. 3. numero 72. Ubi, quod si damnetur ad perpetuum carcerem, fugere, nequit, imò excommunicationem ut Faria ad Covarruviam,